

festo, quam seditionem in populo excitare & praeerea filare aut exere die festo, potius quam lasciuie saltare, id tamen est, quia magis repugnat fini praeccepti, scilicet, vnioni animae cum Deo, lasciuie saltare, quam arate vel filare, &c.

35 Sextum etiam non obest; Nam quamuis circumstantia loci facti omne peccatum grauius re idat secundum accidens, non tamen est necessario confrenda, nisi quando ipsam opus vel actus coerariatur, id est ei, cui locus est sanctificatus, qualis est humani sanguinis vel feminis effusio vel violenta abstractio eorum, qui ad ecclesias confugiunt, vel quod fit contra sepulcrum vel contra diuinam cultum vel libertatem ad illam confugientium & depositatum rerum & familia; Per hanc n. omnia directe & per se loco facti iniuria fit & ipse locus facit violatur, vnde ralia facillima sunt: scus autem est de his, qui non directe & per se violant locum factum nec illi per se iniuriam inferunt, vt qui in Ecclesia committunt peccatum aliud quod superbia petunt, aut gulae, &c. namque non tenentur necessario confiteri circumstantiam loci facti, neque qui in eodem loco existentes desiderant extra illum occidere, scire vel fornicari, dummodo non percipiant id committere in eodem loco facti, hoc enim casu etiam extra locum factum existit: circumsstantia facit legij, quod in eo admittunt, confiteri tenentur, vt haec omnia bene probauit Nauar. in d. manual. c. 6. n. 9. in fin. & 10. idem in eff. cu. breuius tamen tenet Victoria in summa de conf. q. 176. Iosep. Ang. ubi sup. n. diffinitae; an quilibet peccatum in loco sacro commissum speciem mutet: sic ergo & pariter procedet argument. de loco ad tempus & e contra, vt pro pioi parte forma- tum, vt non in omni peccato circumstantia facti sit neces- sario confrenda, sed tantum in illo, quod speciatim in die festo fieri prohibetur, quale est arare, scire & familia opera feruilia manualia.

36 Ad septimum hoc est Concilium Colonienfe respon- deo, illud Concil. non esse generale, sed tantum pro- uinciale nec esse approbatum a sede Apostolica: imo vero non solum in hac re deceptum fuit, sed etiam in mat- eria iudificationis errauit.

37 Ad octauum f. de doctrina Diui Thom. 2. 2. q. 2. art. 4. ad 3. respondendum, quod cum ait, peccata aduersari ob- seruantia Sabbati, non intelligit quantum ab substantiam praeccepti, sed quantum ad eius finem: refertur n. praec- ceptum hoc ad vocandum Deo & diuinis, cui quidem fini pugnantius obstitit peccatum, quam opus feruile, & ob id peius est fornicari in die festo, quam arare, non quod per fornicationem violetur festum, sed quod peius per se peccatum sit & fini praeccepti repugnantius, quod autem abidem subdit, Christianis obseruandum esse Sabbathum spiritualiter, non dicit, quasi illa sit substantia praec- cepti, vt qui sic non seruauerit, transgressor eius sit, sed quod ille sit modus seruandus ad intentionem praecipien- tis, vt seruetur in spe futurae quietis, quam nobis promit- tit Dominus: & quod iste sit sensus d. Doctores patet, quoniam confert Christianum cum Iudaeo, dicens: quod Iudaeus seruabat illud in figura, nos autem seruare debemus in spiritu: & tamen quantum ad substantiam praeccepti, eodem modo tenebantur illi, sicut nos: Ergo sensus ille spiritualis non est de substantia praeccepti, vt recte expo- nit Soc. ubi supra. post Caiet. in proprio loco, dum expli- cat Sancti Thom. ubi supra, vt loquatur de praeccepto Sab- bathi colendi iuxta mysticum sensum, aut praeccepto isto, quantum ad eius finem, quod & sequitur Couar. ubi sup. ad quartum. Eodem modo satis auctoritati S. Bonauen- turae supra in praedicto octauo fundamento adductae, &

38 praeterea, vt respondimus ad 5. Nec obstat, quod in dubio ruior pars sit eligenda, quia negamus in hoc casu rem esse dubiam: Quoniam quando aliquid creditur

esse verum per legem, rationem & auctoritatem suffi- cientem, non conerit res dubia, etiam si contractum maior pars doctentium tenet, vt in capellanus de feris, & in l. 2. s. sed neque. C. de ver. iur. emul. facti text. in c. Ni- cana 31. dist. Praemaxime, quia f. non l. i. per ruior pars eligenda est, cum satis sit eligere tutam, vt bene decla- ret B. Anc. in sua summa, 1. part. tit. 10. §. 10. col. 6. glof. 2. recepta in d. capellanus, quam dixit singul. Alex. conf. 1. lib. 2. col. 4. quoniam f. est verum sit, cum peccare mor- taliter, qui facit aliquid dubitan, an sit peccatum morta- le, nec ne, iuxta illud celef. Qui amat periculum, perbit in illo: aliud tamen est dubitare, an tale quid sit facien- dum, f. aliud credere ratione probabili & auctoritate ali- cuius illustris Doctores id admonerit, secund. Anr. pul- cre ubi sup. & latius obtimeque Nauar. in cap. si quis au- tem, de pamt. dist. 7. super illis verbis: Tene verum & re- lingue incertum, num. 3. & plurib. seq. idem in c. confideret, in princ. n. 38. de pamt. dist. 5.

Remanet igitur ex omnibus supradictis dilucida. illu- stris atque ab spinis, qui tam suffocare videbantur, libe- rata noita verissima secunda sententia atque communi recentiorum calculo probata, vt circumstantia diei festi, quo peccatum admiffum est, non fit necessario confren- da, quamuis laudabile sit eam facerdoti propalare, praeter- quam si peccatum commissum eam mente ab aliquo esset, vt f. situm violaret, quia tunc necessario est confrenda.

S Y M M A R I V M.

- 1 Monasterium capax successione an excludat substitutum vocatum sub ea conditione; si institutus sine liberis legitimis & naturalibus decesserit, vel sine liberis ex se legitime descendentibus, vel ex suo corpore procreatis: & num. seq. & per totum capit.
- 2 Monasterium loco filij habetur, & n. seq. contrarium n. 45. sed procedit per fictionem, non vero secundum veritatem, n. 8. & 15.
- 3 Condicio, si sine liberis, decesserit, monasterium ingre- diente grauat pro invalida & non scripta habetur.
- 4 An hoc procedat in foro conscientia?
- 5 Ius Pontificum magis sequitur legem Dei, quam se- culi.
- 6 Ius Canonicum animas ad Deum dirigit.
- 7 Credendum est, talem fuisse testatoris voluntatem sicut lex ipsa constituit, & interpretatur, tametsi verbis refragari quodammodo videatur.
- 9 Condicio debet adimpleri in specifica forma atque ad vnguem obseruari, non vero per fictionem.
- 10 Filius f. iuris, civilis & iusproprium non excludit substi- tutum, sub ea conditione vocatum; si grauat sine liberis decesserit.
- 11 Fictio a lege introducta super eo, de quo lex ipsa dispo- nere potest, habetur pro veritate.
- 12 Monasterium excludit substitutum vocatum sub con- ditione, si grauat sine liberis decesserit, ne scilicet religionis professio impediatur & ne quis a vita con- templatina eueratur: sed hoc non est presumendum, vt in n. 57.
- 13 Condicio, qua auerit a matrimonio carnali, eicitur.
- 14 Fortiori ratione ruiocenda est illa, qua a matrimonio spirituali detinetur.
- 15 Legatum factum puella decemum, si nupterit, & quin- quaginta, si religionem ingrediatur, consequitur mul- tier maus, etiam si religionem ingrediatur, nisi relin- quatur simul ei, qui dicit eam uxorem: addi tamen testator, quod legatum sit pretium dotis, ne alias maritus sibi habeat legatum, n. 16. Limitatur etiam si legatum sit relitum pro dote mulieris, vt imbat certa persona, num. 17. Filius quoque, si contrarium expresse testator conerit, num. 16. Item in legato facto pro in- gressu

- 19 Tex. in athen. de sanctis. Episcop. §. sed & hoc praesenti, collatione 9. cum siml. exorbitans est a regulis iuris communitis & a mente testatoris, ideo non debet extendi ad alios terminos vel casus.
- 21 Relitum pro causadoris, necessario intelligitur pro ma- trimonio carnali.
- 22 Symonia an sit, exigere & dare dotem pro monialibus recipiendis in monasterio, & n. 61. & seqq.
- 23 Relitum mulieri, eo adiecto grauat, vt alteri resti- tuat, si nupterit, consequitur ipsa mulier, etiam si nubat.
- 24 Plurimi auctores referuntur, tenentes & restantes esse commitem opinionem, quod in principali quaestione posita num. 1. monasterium excludat substitutum: sal- ti primo, in monasterio in communi incapace bono rum, num. 2. §. Secundo fallit, quoniam clare constaret ne expressa voluntate testatoris in contrarium, numer. 23. Tertio fallit, si in conditione praedicta exprimeretur de veris & naturalibus filiis, non per iuris inter- pretationem, vel de eorum vero & non ficto matrimo- nio aut per alia verba a quipollentia, que necessario in- ferant de exclusione monasterij cogitatum, n. 27. & 28. Fallit etiam, si appareret, testatoris voluisse agna- tionem consillere bonaque in familia conseruari, num. 29. Fallit etiam, si substitutum sit filius testatoris, vt in n. 31. 32. & 35. quamuis alij contrarium teneant, vt in n. 33. & 34.
- 30 Condicio in maioribus adiecta, vt in eis non succe- dant monachi nec presbyteri, valida est.
- 34 In bonis extra legitimam, magis fauetur monasterio & pia causa, quam filio, sed contra n. 36. ubi de intelle- ctu text. in c. quicumque 17. q. 4.
- 35 Melioratus filius in tertia hereditatis parte, cum gra- uantur, vt sine liberis decesserit, alteri filio testa- toris relitatur, si monasterium ingrediatur, non suc- cedit monasterium in ea parte, que legitima est filio- rum, sed alter filius vocatus.
- 37 Monasterium non excludit filium testatoris substitutum; si pia causa secundo loco substituta sit: quod procedit, etiam si primus substitutus sit extraneus, nu- mero 38.
39. Text. in d. §. sed & hoc praesenti, athen. de sanctis. Epif- copis, non procedit, si alia pia causa fuerit substituta, quamuis non sit aequa pia causa ac illud monaste- rium, vt in n. 40.
- 41 Monasterium quod non excludat substitutum sub con- ditione, si grauat decesserit sine liberis legitimis & naturalibus, vel sine liberis ex se legitime descen- dentibus, vel ex suo corpore procreatis, late pro- batur, & n. seqq. & n. 5. 2. referuntur plures auctores eam tenentes, restantesque commitem, & n. 53. ea eli- gitur ab auctore.
- 42 Sub simplici conditione non continetur mixta.
- 43 Fauris ratio attendi non debet, cum vis ruior leditur.
- 44 Favorabilis more dici non potest ea dispositio, que mix- tum in se fauorem & odium continet.
- 45 Dispositio dict. §. sed & hoc praesenti, non est trahenda extendenda ad alios casus & conditiones, quam in eo expressas, nempe proprium sine defectu liberorum.
- 46 Text. in dict. §. sed & hoc praesenti, non habet locum, ubi verba testatoris clara sunt eiusque mentem significan- tia, ex quibus voluit dispositionem suam naturaliter, non autem civiliter & per fictionem intelligi.
- 47 Communis usus loquendi semper attendi debet.
- 48 Cum manifestus est testatoris sensus, verborum interpre- tatio nunquam tantum valet, vt melior sensus ex- sistat.

- 49 Substitutio, si institutus decesserit sine filijs, intelligit- tur de filiis veris, non de fictis & quomodo hoc intelli- gatur.
- 50 In potestate instituti esse non debet, substitutionem a testatore factam illudere, irritamque reddere.
- 51 Filius adoptiuus non operatur defectum substitutionis factae alicui, si sine liberis decesserit.
- 56 Monasterium non habetur pro filio, nisi tantum in ca- sibus a iure expressis & ad alios non extendatur, cum hoc fit fictio quadam.
- 59 Doctores nostri plerumque rationes non perscrutantur & aues imitantur, que quando una volat, alia omnes sequuntur, & communis opinio non attenditur, quando alia opinio contra communem fundata est melioribus rationibus.
- 61 Pius receptissimus habet sine scrupulo, vt licite exigat- tur dot pro moniali.
- 62 Monasterium si egens sit, potest acceptare dotem pro alimentis monialis, absque symonia.
- 63 Praefata monasterium monialium, etiam si sit exple- tus numerus earum, que ali possunt ex redditis mo- nasterij, absque culpa possunt sufficenter dotatas ad- mittere.
- 64 Moniales plures recipi non debent, quam ali possunt ex redditis monasterij.
- 65 Monasterium monialium egens, ex pacto nihil aliud pro dote monialis recipere potest, praeter illud, quod aliende moniali sit necessarium.
- 66 Consuetudo & vsus Hispania in recipiendis monia- libus.
- 67 Numerus monialium ubi non est impletus, monaste- riumque dines sit, illicitum esset, dotem ab ingredien- tibus exigere, hoc autem cessante, licet, vt in n. 68.
- 69 Prodigia expensa & profana apparatus fieri solui ex pacto tacito, vel expresse, dum vel ingrediatur mona- sterium vel professorum emittunt, non sunt liciti.
- 70 Capit. fin. cum similibus, de sentent. & re iudic. loquens in matrimonio, liberarie, dote seu testamento, locum habet in quacunque alia causa fauorabilis, prout est monasterij seu Ecclesiae.
- 71 Sic personis fauorabilibus debitores sumus in iustitia, quod aliis iniustitiam facere non debem- mu.
- 72 Dispositioni text. in d. §. sed & hoc praesenti, non cen- setur satisfactum ex solo sacerdotio.
- 73 Limitatur hoc, si clericus bona sua dedisset Capella, cuius factus sit sacerdos, vel si omnia bona sua vel saltem hereditatem sibi relitiam expendat in pijs causis.

C A P V T XXXII.

Monasterium an excludat substitutum, sub conditione vocatum, si institutus sine liberis legitimis & naturalibus decesserit, vel sine liberis, ex se legiti- me descendentibus vel ex suo corpore procreatis?

CONTROVERSA in iure plurimum est ac dif- ficilis quaestio illa insignis; An monasterium capax successione excludat substitutum vocatum sub ea conditione, si institutus sine liberis legitimis & naturalibus decesserit, vel sine liberis ex se legitime descendentibus, vel ex suo corpore procreatis? Qua in re pars affirmatiua sequentibus fortissimis fundamentis & auctoritatibus astruitur.

Primo, quia monasterium loco filij habetur, vt in c. in praesentia, de probat. ubi probatur, quod substitutum alicui facta, si sine liberis decesserit, euanciscit per in- gressum monasterij, quia non est intelligendum sine haerede decedere, qui monasterium sibi haerem instituit,

inst. iur. & ibi communiter Dd. ad hoc notant textillum, nempe, quod monasterium habeatur loco filij, quando quidem ibi facit deficere praeferam conditionem, si sine liberis decesserit: ad idem allegari solet text. in *authen. de sancti. j. Episcop. §. sed & hoc praesenti*, collation. 9. vbi conditio, si sine liberis decesserit, granato ingrediente monasterium pro inualida & non scripta habetur: idem probat text. in *authen. nisi rogati*. Cad. Trebell. & quamvis Alciat. *consil. 3. num. 6. lib. 9. existit*, dispositionem d. c. §. *sed & hoc praesenti*, non procedere in foro conscientiae, quia huiusmodi lex lata est contra defuncti voluntatem, & ideo Ecclesiasticae est cultrix iustitiae, cap. 1. §. *sed d. verso, de alienat. sen.* non debet eius bonis vti contra illius voluntatem: & quamvis lex praesumat, quod si testator cogitasset de monasterio, talem conditionem non apponisset, huiusmodi tamen praesumptio in foro animae non est tuta, cum in eo sola veritas spectari debeat, vt notat Ioann. Andreas in *c. is qui fidem, de sponsal. quod Alciat. vbi supra, num. 8. & in l. quinque pedum, num. 20. in fin. c. finium regum, latus confirmat*. Haec tamen ipsius sententia admittenda minime est, cum praedicta lex Iustiniani à iure Pontificio fuerit recepta in *dist. capit. in praesentia*. Ius enim Pontificum magis sequitur legem Dei, quam seculi, vt in *capit. filius, de testam. & in c. cum esset, & in capit. colatum, eodem tit.* Abi igitur, ius Canonicum quicquam construisse in praedictum salutis aeternae, cap. *olim cum similib. de consuetud. ius namque Canonicum* & animas ad Deum dirigit, *Abi in rub. proom. decret. num. 16. versio. idem considera*. Credendum igitur est talem fuisse testatoris voluntatem, sicut lex ipsa constituit & interpretatur, tamen si verbis reiecta quandoque videatur, arguente, *iam hoc iure, cum similib. ff. de vulg. & pupil. & in terminis per praedicta contra Alciat. tenet & probat Franc. Mantec. lib. 11. de contract. ultim. volum. tit. 7. nu. 2. fol. 286.* & ita illam sententiam, nempe quod monasterium loco filij habeatur, testatur communem Iason. eam sequitur in *authen. si qua mulier numer. 18. C. de sacrosanct. Eccles. & Decius in dist. cap. in praesentia, num. 63. & Ioann. Bapt. Villalob. ex Iaf. quem refert in ius commun. opin. non iura M. nu. 188. & eam videtur probare gl. in l. si ita quis commiserit, §. ea leg. verb. interest, ibi, vt Ecclesia quodammodo sit de suis, ff. de verb. obligat. sequitur Alexand. in *l. verum, ff. de verb. oblig. quem refert Albi. dist. decis. 320. num. 9.* congeri plurimos Tiraquel. in l. si vnuquam, verb. si sepe liberis, num. 42. C. de renouand. donat. & Mench. de success. creat. §. 23. num. 166. vbi eam probat, dicens esse vetiorem & receptiorem, quia ceteri Romanus Pontifex in *dist. cap. in praesentia*, id expresse non dicit, nempe monasterium haberi loco filij, sumat tamen sine herede non decessisse, qui monachus decessit sequens in sua monasterio obtulit. Heredis autem appellatione ibi intelligitur plane filius, vt in illo text. iuncta l. ex facto, §. final. cum similib. ff. ad Trebell. Eandem etiam sententiam cum aliis probauit D. Mol. lib. 2. de primogen. Hispan. cap. 9. num. 42. Cum igitur monasterium habeatur loco filij, & appellatione filiorum simpliciter facta intelligatur de filiis ex se natis, vt in l. si de commissum, ff. de condit. & demonstrat. & l. si ita quis, §. 1. ff. de legat. 2. Ergo quamuis testator expresserit praedicta verba, de quibus in nostra quaestione idem erit dicendum, vt monasterium excludat substitutum, ac si praedicta verba non fuissent adiecta: quia expressio eorum, quae tacite infunt, nihil operatur, vt in l. 3. ff. de legat. 1. l. non recte, C. de fideiuss. Illis autem non expressis, non est dubium, ad monasterium bona pertinere, vt in de iurib. Ergo & illis expressis. Necostat, quod etsi vera esset supra relata communis sententia, quae habet, quod monasterium loco filij habeatur, hoc tamen procederet per fictionem, non vero secundum veritatem, vt liquet & tenet Bald. in *l. cum acurissimi, colum. 1. vers. qua-**

ro quid si pater, C. de fideicommiss. & probat Felin. in *dist. cap. in praesentia, num. 42. de probat. Assit. decis. 83. num. 14.* Id quod aperte intelligunt omnes, dicitur, monasterium haberi loco filij, vt ex aliis assumat Tiraquel. vbi supra, num. 43. Condicio autem debet adimpleri in specifica forma atque ad vnguem obseruari, non vero per fictionem, vt in l. qui heredi, & in l. Meuius, ff. de conditionibus, & demonstrat. Iason in Gallus, §. & quid si tantum, num. 13. ff. de liberis & postum. & communiter Doctores. Praeterea filius fictus, civilis & impropius, non excludit sub ea conditione substitutum, dist. l. si de commissum, ff. de condit. & demonstrat. l. si ita quis, §. is qui in tempus, ff. de legat. 2. l. vlt. C. de his qui veniant a iur. imper. notat in specie Paul. Cast. in *dist. Authen. nisi rogati*, quem refert & sequitur Couar. lib. 1. variat. resolut. cap. 19. num. 6. in fin. quia respondeo, quod ex quo fictio haec est à lege introducta & superacta, de quo lex ipsa disponere potest, vt scilicet fauore religionis monasterium loco filij habeatur & vna cum filiis ad successionem admittatur, dicitur lex id facere vere, non autem ficte, vt notat Anton. de Batt. *consil. 20. relatus à Iaf. in l. si is qui pro emptore, num. 224. ff. de usufruct. quos citat & sequitur decis. Pedemont. 126. num. quimo, & de eo, tanquam de casu vero, iudicandum est, iuxta l. qui ad certum, ff. locat. l. lex Cornelia, ff. de vulgari & pupillari substitutione.*

Secundo, eadem & pars affirmatiua probatur, quia et si monasterium loco filij non haberetur, adhuc alia ratione substitutum excluderet in proposito, ac conditio pro non adiecta haberetur, ne scilicet religionis professio impediatur neque quis vita monastica & contemplatiua auertatur: quod maxime odiosum est in religione Christiana: Ira Ricardus de Malubre relatus & sequitur à Batt. *consil. 1. incip. Parmen. Doctor. communiter in de authen. nisi rogati, & in dist. cap. in praesentia, Couar. vbi supra, num. 7. in princip. & eam communem secund. Rip. in l. ex facto, §. si quis rogatus, num. 42. ff. ad Trebell. & sicut reicitur ea & conditio, quae auertit à matrimonio carnali, vt in l. sed si scos, vlt. & in l. quoniam, ff. de condit. & demonstrat. in rub. C. de indict. viduus, tollen. fortiori ratione conditio illa à omnino reicienda est, quae à matrimonio spirituali detinetur, secund. Ater. & Felin. in de 14. cap. in praesentia, quos refert & sequitur Paul. ibi numer. 127. & 143. & Roland. à Vall. *consil. 35. numer. 20. & 25 libro tertio*, forsan enim abstinebit à religione, sciens, ea bona post eius obitum remanura non esse penes monasterium.*

Tertio, eadem & sententia probari videtur ex eo, quod si pater filiae vel puellae legauerit centum emptionem quantitatem, si nupserit, si vero religione ingressa vel professa fuerit, quinquaginta minorem vel aliam quantitatem, secund. receptionem sententiam filia vel puella ingrediens religionem habeat, eiusque monasterium consequetur maiorem summam sibi à testatore relictam, si nupserit, ac si mulier ipsa nuptias contraxisset, fauore religionis, ne scilicet quis minus amittendi legatum maius, abstineat ab ingressu religionis: Barthol. & Socin. in l. 2. ff. de his qua poena nomine, Anton. de But. *num. 27. Aretin. 74. Felin. 37. in dist. cap. in praesentia, vbi Paul. num. 144. eam communem appellat & ibi etiam Berouius numer. 494. idem fatetur eam sequitur Iason. in *authen. si qua mulier, colum. 3. num. 11. & 15. C. de sacrosanct. Eccles. & Ioannes Cotius in l. nemo potest, fol. 7. ff. de legat. 1. eadem sententiam probauit Ioannes Andr. in additione ad specul. in 4. part. sub rubr. de statu monach. Roman. in l. stipulatio hoc modo concepta, colum. 7. in versicul. vltim. ff. de verb. obligat. quem refert additio Abb. in *dist. capit. in praesentia, in versicul. ex his parte decisio: & haec esse tenendam* & ab eo non recedendum in iudicando & consulendo, testatur Thomas Ferrarius *cautel***

cautel. 9. & esse commune affirmat Decius *consil. 674. n. 4.* vbi quod ab ea non est recedendum in iudicando & consulendo: commune quoque; testatur Rip. in l. 1. n. 62. ff. solut. matrim. & Viuius in *ius communib. opinio. verb. filia relinquens pater*, & est communiter recepta secundum Octavian. Cacheran. *decis. Pedemont. supra ad 126. n. 6.* & ante eum eandem testatur commune & plurimorum auctoritate munim esse plures allegans Cou. d. l. 1. variat. e. 19. n. 9. & hanc partem vti commune amplectitur Marfil. in *rubric. de fideiussor. n. 127.* vbi idem exemplificat & tenet in legato facto homini de mille, si duxerit uxorem, & ducenta, si reliquionem intrauerit, vel habitum clericale assumpserit: Eandem praecedentem sententiam tenet Paril. *consil. 65. col. 4. vol. 2.* vbi inquit, hanc partem vetiorem & commune, quam tanquam magis receptam sequitur Socin. *consil. 269. col. 1. l. 2.* in quibus, ab ea in iudicando non esse recedendum tanquam magis commune doctorem viturum, secundum quam saepe consulit, rursus *consil. 241. col. 4. n. 3. versio. nec obstat si dicatur, l. 2.* Denique articulum hunc lastissime disputat pro vtraque parte & hanc plurimos referens, sequitur & commune appellat, dicens, firmatam esse pluribus & melioribus auctoribus, auctoritatibus praestantibus, pondere, numero & mensura: Ergo in iudicando amplectenda. Roland. à Valle d. *consil. 35. n. 16. & seq. usque in fin. consil. 35. qui n. 29.* testatur, cum haec esse magis commune scholam scribentium & consulendum, à qua nullatenus in iudicando & consulendo est recedendum, secundum ipsum *ibidem*.

Sed & adhuc retenta hac communi sententia dari potius cautela, si pater velit minus relinquere filiae nubenti, quam religionem ingredienti, vt dicat, *Relinquo, vel lego filiae meae centum, & qui ducet eam in uxorem, relinquo mille, qui in hac specie licet monasterium ingrediatur, non poterit petere illa mille, quia non sunt legata mulieri, sed ei, qui ducet eam in uxorem: ita singulariter Barbat. in l. 2. ff. de his qua poen. nom.* Consuluit tamen hoc addi, vt illud, quod relinquit marito, sit pretium dotis, alias ipse sibi haberet: quod & probat Socin. *ibid.* & Felin. in *dist. in praesentia, n. 37. Iaf. in auth. si qua mulier, col. 3. in princip. Ioan. Dilect. de arte testand. in tit. de legat. cautel. 64.* vbi inquit, quod cautela adiunata naturali requiritur, vt in l. si seip. oportet, §. sufficit, ff. de excusat. tutor. quos refert & sequitur Roland. à Valle *vbi supra, n. 31.* Quare si idem erit, si esset factum legatum pro dote mulieris, vt nubat certa persona: Nam si ille nubere recuset, non poterit absque dubio religionem ingredienti consequi huiusmodi legatum, vt eleganter probauit Bald. Nouel. in *tract. de dote, 6. part. prinileg. 77. n. 3.* vbi & in *num. seqq.* quid si illa persona à testatore designata, cui nubere debeat, esset mortua? Ex his igitur patet prima limitatio ad praefatam magis commune sententiam.

Secunda limitatio est & à fortiori, quoties expresse testator contrarium cauerit, adiciendo nempe, *quod si religionem filiam mea ingrediatur, nolo eam habere, nisi tantum, centum nempe, aliamve quantitatem, vel se nolle filiam centum vel mille habere, nisi matrimonium contraxerit*, secundum Viuium vbi supra: & hoc primo, quia textus in *disto §. sed & hoc praesenti, cum similibus*, est exorbitans à regulis iuris communis, volentibus conditionem & debere impleri in specifica forma, vt est praedictum: & quia est contra dispositionem l. fideicommissum, ff. de conditionib. & demonstrat. in l. si ita quis, §. si cuius ff. de legat. 2. exorbitat etiam à mente testatoris, & ideo non debet extendi ad alios terminos vel casus, quam ibi positos, qui sunt simplicis conditionis notuarum vel libitorum, arguente J. ius singulare, & l. quod vero contra, ff. de legib. & notant in terminis gloss.

& Doctores in *d. auth. nisi rogati*, & Bald. Nouel. *vbi supra, num. 4.* & Augustin. Bero *quaest. fam. 34. per tot.* Rip. in l. ex facto, §. si quis rogatus, n. 37. ff. ad Trebellian. *decis. Pedemont. supra citata, n. 12. & 13.* est verius & receptius, secundum Costam in *c. si pater, in 1. p. in verb. si absque liberis, num. 70. de testam. in 6.* In nostra autem limitatione expresse cauetur contrarium: Ergo voluntas testatoris expresse seruanda est. Secundo, eandem limitatio probatur, quoniam sic etiam, vt *infra* dicemus, secundum commune Dd. sententiam, ob expresse voluntatem testatoris, substitutum praefatur monasterio, quod à propriis bonis iure potuit testator alienare: & ita hanc secundam limitationem aduersus Aretin. in *d. cap. in praesentia*, contrarium sententem probare videtur Couar. *vbi supra, num. 9.* & est verissima meo iudicio.

Tertio, & limitari possunt supradicta, vt procedant, prout videntur vere loqui in legato facto certa personae maritandae: scilicet in legato generali relicto pro dote incertarum virginum maritandarum: Quia cum in hac specie possit voluntas testatoris verificari atque impleri in aliis puellis, quae velint matrimonium carnale contrahere, merito quod non mutetur in alium vsum, quamuis pium: quae ratio cessat in legato relicto certa virgini maritandae, quae si religionem ingrediatur, adimpleri pia defuncti voluntas praefata non potest, nisi eadem religionem profuerit, hoc est, monasterio ipsius praefatur, quomodo ipsa profecto adimpletur, vt ius interpretatur speciali fauore religionis, vt in *d. §. sed & hoc praesenti, cum similib.* qui cum in hac specie loquatur, non vero in legato generali & sic exorbitans sic à iure communi & mente tacita testatoris, merito vt extra ipsius casus tractandus non sit, vt modo dicebamus. Et in specie nostra huius limitationis ita decidit Bald. in *d. authen. nisi rogati, num. 11.* vbi quarens; Nunquid monasterium habeatur loco filij in aliis casibus, quam positus in illa authentica, quae fuit desumpta ex *d. §. sed & hoc praesenti*, dicit, quod gl. notabilis determinat *ibi*, quod non, & quod ideo ex legatorem deputari ad virgines maritandas, non possunt dare hanc quantitatem virgini intranci monasterium, quia non habent in mandatis: & quia maritate pauperes virgines, est pia cautela, quae non potest excludi per alium pium vsum, vt *ibi*, & in *elem. quia contingit, de relig. dom. & hoc modo* haec doctrina Bald. liberatur à decisione text. in *d. §. sed & hoc praesenti, & d. auth. nisi rogati*, qui, nisi ita intelligerentur, vt praediximus, eadem Bald. illationi supradictae maxime obstant interpretati veto *vt supra*. nihil eidem contradicunt, & ita potest etiam defendi opinio haec Bald. à supradicta magis communi sententia, intelligendo, vt ipsa procedat in legato relicto certa virgini maritandae, scilicet in legato generali pro certis maritandis virginibus relicto, quo casu limitatur praefata magis communis sententia, iuxta dictam doctrinam Bald. quam in terminis referunt & sequuntur Bettac. in *suo repert. verbo, legatum pium, versio. vige simo*, Bald. Nouel. *vbi supra, num. 2.* & Baega alios allegans de non meliorand. ratione dotis filiarum, c. 14. n. 9. Palac. Rob. in *repetit. rub. de donation. inter virum & uxorem, super verbo, dictus Rodericus, §. 12. incip. tertio propter necessitatem, n. 6.* Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinam. Barbat. *consil. 2. col. 2. & 3. lib. 1. quamuis Boet. decis. 3. num. 12.* tenet Bald. in *d. authen. nisi rogati, velle, maiorem dorem dandam esse hoc casu mulieribus maritandis*, quam intrantibus religionem. Ego vero contrarium credo, nempe Bald. id noluisse, sed potius, quod praediximus, vt ex eius litera supra relata patet: quod etiam tenuimus *consil. 26. n. 13. & 14.* & sequitur aduersus Ioan. Crot. Mantice. *de consuetor. vltim. voluntat. lib. 1. tit. 23. n. 5.* * Si igitur non obstante speciali pro-

uisione testatoris, qui de religione cogitavit, relin-
quendo quinquaginta mulieri monasterium ingredi-
enti, ad plenus legatum centum arceorum monaste-
rium contra mentem testatoris admittitur, multo ma-
gis idem statuumdum erit, vbi nulla facta est prouisio
expresse a testatore, prout in questione principali, de
qua agimus, facta non fuit, cum lex praesumat, quod si
de monasterio cogitasset, verisimiliter voluisset substi-
tutum ab eo excludi: prout hanc rationem sensisse
videtur Paul. de Castro in d. aub. nisi rogati. n. 4. quem
sequitur Alexand. consil. 121. n. 12. vol. 2. Dec. consil. 259.
n. 1. Ex tacita igitur mente testatoris a lege interpreta-
ta, videtur dicendum, locum non esse substitutioni,
admissio monasterio.

- 21 Quarto facit pro eadem sententia, quia illud, quod
relinquitur causa dotis, necessario intelligitur pro ma-
trimonio carnali, vt in lib. 3. ff. de iure dot. & in l. fin. in
22 princ. C. de donat. ante nupt. Pro matrimonio namque
spirituali, videlicet pro introitu monasterij, non po-
test dos dari, vt in cap. non satis de simon. melior text. in
cap. quoniam. 40. in ordine, eod. tit. & in cap. periculofo, de
statu reg. lib. 6. quod modo innovat Concilium Triden-
tinum sess. 25. c. 3. de regul. vbi quod non admittantur
plures moniales in monasterium, quam ali possint, &
quod sit simonia, recipere moniales cum dote, est ex-
tra canonem Vrbanus V. ne in ea, & probat late Dionysius
L. 1. & 2. de simonia, licet nihil accipiatur pro ingressu
religionis, sed tantum sustentationis gratia: nec excu-
sat ab hoc monasterij paupertas: & tamen illa, siue do-
tis causa remittitur & pro non scripta habetur, aliquo
ingrediente monasterium in casu d. §. sed & hoc presen-
ti, licet non possit dici, quod conditio civiliter im-
pleatur: Ergo in casu proposito licet non possit dici
impleta conditio civiliter, ita quod filij dicantur ex
se nati: monasterio tamen debeat remanere dicta bo-
na, sublata dicta conditio: idemque potest dici de
eo, quod relinquitur causa donationis propter nup-
tias, vt in d. §. sed & hoc presenti.

23 Quinto facit, quia si mulieri relinquitur aliquid &
ipsa grauetur onere fideicommissi, si nupterit, ipsum
praestare non tenetur, etiam si nupterit, vt in l. quoties,
ff. de cond. & demonst. ne nuptia impediatur, timore
enim illius gramminis non nuber, vt in l. haec meus, §.
fin. ff. de cond. & dem. multo igitur magis non valebit
substitutio in proposta specie, quia est impedimen-
tum religionis & vitae contemplatiuae, quae longe me-
lior est, quam actiua, vt in aub. de monach. in princ. &
vbi notatur collat. 1. & dictum est supra, facit text. in l. Ti-
ria si nupterit, ff. de cond. & demonst. vbi si filia testator
legauerit centum, si nubat, & ducenta, si non nubat,
quamuis nubat, conuequetur plenus legatum, ne mu-
lier retrahatur a matrimonio carnali: Ergo idem in
nostra questione dicendum est, ne retrahatur institu-
tus a matrimonio spirituali: de cuius l. Tuae intellectu
agit Couat. vbi supra n. 9.

24 His & aliis fundamentis hanc sententiam princi-
palem probant Dyn. in l. si ita quis, §. fin. ff. de legat. 2.
& Ricard. de Malumbre, col. que referens Bart. in d. l. si
ita quis, §. in cui, & ibi Fulgos. & in l. si ita quis, §. ea lege,
ff. de verb. obligat. & in d. aub. nisi rogati, & ibi Cyn. An-
gel. Alberic. & Paul. idem Bart. in suo consil. i. per totum,
quem sequitur & latissime octo fundamentis probat
Alexand. consil. 121. n. 3. & seq. vol. 2. & consil. 35. super con-
tentis, l. 3. & consil. 92. vbi s. themate, lib. 4. vbi testatur,
quod communis sententia est pro monasterio: & ante
eum tenuit Bald. in d. cap. in presentia, num. 8. versic. sed
quid si testator, de probatioib. Paulus Castren. in d.
ambrosij rogati, num. 3. idem Paulus in d. l. Deo nobis, n. 4.
Anton. de Butt. & Abb. in d. cap. in presentia, n. 84. Alex.
& Paul. ibid. n. 36. versic. & ipsa denotat difficultatem, &

ibi Dec. num. 58. eam late probat, dicens communem
cum Alexand. eandem etiam teneri Lapis allegat. 129.
factum super quo Angel. in d. sicut. nobis quidam, &
consil. 8. quastio hac difficultas est, idem Dec. consil. 259.
n. 1. 2. & 3. expressum loquens in terminis nostris, quian-
do essent apposta illa verba: Si sine liberis ex suo corpo-
re procreatis, vel ex se legitime descendibus, &c. Et cla-
rius in eisdem terminis in consil. 426. col. 1. n. 1. & 2. vbi
quod ista est communis opinio Iaf. in d. aub. si qua mu-
lier, num. 18. C. de sacrosanct. Eccles. Rip. in l. si vngnam,
quasi. 34. n. 92. C. de reuoc. don. vbi plures citat & testatur
communem opinionem, & latius in l. ex facto, §. si quis
rogatus, num. 37. cum seqq. ad Trebell. vbi dicit commu-
nem eamque sequitur, dicens, quod ex praedictis ver-
bis, si sine liberis decesserit ex suo corpore procreatis, non
redditur manifesta voluntas testatoris, quod de mona-
sterio cogitauerit & de eo excludendo a successione
fenserit, cum potuerit intelligere de exclusione ado-
ptiuorum & eorum, qui de legitimo matrimonio nati
non sunt. Eandem sententiam bene defendit Paris. in d.
c. in presentia, n. 136. & seq. post Barbat. consil. 20. vol. 1.
Bertrand. consil. 123. incip. thema consultationis, vol. num. 2.
Ruin. consil. 153. in fin. vol. 3. eamque sequitur est &
communem testatur Aymon Crauet. consil. 152. vol. 1.
alios citat Roland. a Valle d. consil. 35. n. 12. & 13. & haec
est communis opinio Doctorum in d. c. in presentia, le-
cundum Bald. Nouel. vbi sup. n. 5. vbi cum ca. transit
Hanc testatur communem, plurimos referens Men-
chac. de success. creat. d. §. 21. n. 167. & haec opinio est
magis communis & pluribus & fortioribus ratio-
nis & auctoritatis munita, & per consequens in iu-
dicando non est recedendum ab ea, vt testatur Alex.
d. consil. 121. num. 11. cuius additio num. 3. inquit, quod
Alexand. in hoc habet secundum communem opinio-
nem Legistarum & Canonistarum, vsque hodie: quia
dicunt omnes communiter, & nominatim Dec. con-
sil. 426. quod etiam potuit testator excludere mona-
sterium, tamen non censetur per illa verba: Si decesse-
rit sine filiis legitimis & naturalibus, monasterium velle
excludere nec de eo cogitare: imo idem est, etiam si
dictum sit. si decesserit sine liberis legitimis & naturalibus,
ex suo corpore procreatis, secundum Alexand. ibidem,
cum quo adhuc communis opinio videtur stare in
hoc, vt inquit eius additio ibidem. Eandem etiam sen-
tentiam Bart. testatur magis communem, plurimos al-
legans, qui eam sequuntur, additio eiusdem Bart. dicit.
consil. 1. lit. B. sequuntur etiam plurimi relati a Francisc.
Mantica de coniectur. vlt. volumat. l. 11. tit. 7. num. 18. &
sequent. vbi eam dicit communem & magis commu-
nem in fauorem monasterij, in conditionibus relatis
supra in summario huius capituli, Eandem commu-
nem cum pluribus auctoribus refert nouissime Didac.
Perez in l. 1. tit. 2. l. 5. ordin. fol. 134. col. 2. * Et post hu-
ius operis primam editionem, Velazquez in l. 40. Tau-
ri. l. 4. n. 30. vbi eam sequitur. *

Hec & magis communis sententia primo limitatur, 25
vt procedat in monasterio, quod in communi non esset ca-
pax bonorum, vt praediximus: secus si filius ingrederetur
monasterium, quod in communi non esset capax
bonorum: ita Alexand. dicens esse communem, con-
sil. 13. circa primam, vol. 3. prout eum refert additio Bart.
d. consil. 1. lit. B. ad fin. aduersus Angelum aliter senten-
tiam consil. 80. incip. Ioannes suum condidit testamentum,
in 2. col. & Doctores communiter ita declarant in d. c. in
presentia, exemplificanti in fratribus Minoribus, qui
omnino incapaces esse dicuntur, & in fratribus Mendic-
antibus, vt in clem. xiiii. de paradi. de verb. sig. Eandem
limitationem probatur, post alios, quos refert, Rip.
in d. l. ex facto, §. si quis rogatus, n. 42. Paris. consil. 65. n. 11.
l. 2. Boer. decis. 354. n. 8. quos refert & sequitur decif. Pe-
demont.

demont. 126. n. 26. & 27. vbi testatur communem: est
communis etiam secundum Euetard. in sua centuria le-
gali, loco 33. de matrim. carnali ad spiritual. & secundum
Franc. Mant. vbi sup. de coniect. vlt. volum. l. 1. tit. 7. n. 8.
vbi quod hoc causa substituitur admittitur impleta con-
ditione, imo statim facta professione secundum com-
munem, quam ibi plures allegans sequitur.

26 Secundo, & eadem recepta sententia limitatur, quo-
ties clare constaret de expressa voluntate testatoris,
volentis excludere monasterium substitutumque ei-
dem monasterio preferendum esse: ita in specie opi-
nantur Paul. de Castro & Corn. in d. aub. nisi rogati,
Alex. d. consil. 121. n. 13. l. 2. & ibi eius addit. Dec. in d. c. in
presentia, n. 58. idem Declate consil. 259. col. 2. & c. 426.
idem pluribus rationibus probat Rip. d. §. si quis roga-
tus, n. 39. Eandem probat, dicens omnes tenere, Laur.
Calcan. consil. 7. n. 24. & Gualdenf. de arte test. tit. de sub-
stit. cautel. 18. & Couat. l. 1. var. c. 19. n. 8. & 11. Eandem
profiteretur esse communem opinionem Menchac. vbi
sup. n. 186. & est communiter approbata secund. Cost. vbi
sup. n. 68. Eandem plures referens, probat Mant. vbi sup.
n. 18. & 19. & proculdubio tanquam verissima & receptis-
sima est tenenda in iudicando & consulendo. * Sequit-
ur plures referens Men. lib. 4. praef. 8. n. 3. cum seqq. late
eam probans & respondens fundamentis contrarium tenen-
tium, quos etiam citat n. 16. referens ex Curr.
Iun. esse communem sententiam cotrariam, sed falso. *

27 Quinimo & secundum additionem Alexand. d. con-
sil. 121. n. 3. lit. A. lib. 2. idem erit, si in praedicta condi-
tione exprimat, de veris & naturalibus filiis, non
per iuris interpretationem, secundum Bart. & Paul. in
d. l. Deo nobis, C. de Episcop. & cleric. addit. Bald. in d. aub.
them. nisi rogati, n. 9. lit. F. vel de eorum vero & non de
ficto matrimonio aut per alia verba aequipollentia,
28 quae & necessario inferant de exclusione monasterij
cogitatum, secundum Dec. consil. 259. & Rip. in d. l. si
vngnam, §. 34. & §. si quis rogatus, n. 38. cum seq. Quae am-
pliatio huius secundae limitationis mihi vera videtur
& tenenda: & quamvis Rip. vbi supra, loquatur, quan-
do constat expresse de voluntate testatoris, hoc est, in
casu huius secundae limitationis: eadem tamen ratio-
nem constat ipsius praefata ampliatio, & ita Dec. in d.
consil. 259. n. 2. & 3. limitat, si certissimae coniecturis,
deductis ex mente testatoris, possit apparere voluisse
admitti substitutum aduersus monasterium: vt si testa-
tor dicit, si decesserit sine filiis masculis legitimis & natu-
ralibus, ac de eorum vero & non ficto matrimonio, & eo-
rum vero corpore descendibus: sequitur Cou. vbi sup.
d. num. 11. eandem ampliationem sequitur decif. Pede-
mont. suprad. 126. n. 24.

29 Tertio, & praefata magis communis sententia limi-
tatur, si appareret, testatorem voluisse agnationi con-
sultare bonaque in familia conseruari: vt si testator
agnationis nominique sui in hoc fideicommissio re-
linquendo curam aliquam gessisse visus fuerit, maio-
ratum constituendo: Nam si ad monasterium hoc ca-
su primogenium vel maioratus deferatur, prorsus in-
teribit nomen ac memoria testatoris. Ita Dom. Anton.
de Padilla in l. cum acurissimi, n. 44. C. de fideicommissi. de-
sumens hoc ex Dec. d. consil. 259. adde eundem Dec. d.
consil. 427. sequitur Couat. vbi supra, num. 22. & haec li-
mitatio est indubia, vt cum aliis probat Franciscus
Mantica vbi supra, n. 21. & Pelaez de maiorat. 2. p. 9. 3.
n. 22. & Menchac. de success. creation. §. 21. n. 166. in fin.
& n. 169. vbi dicit, quod haec videtur communis opi-
nio, * sequitur nouissime Vincentius de Franchis
decif. Neapolit. 19. n. 1. & 7. amplians num. 8. cum Alciat.
hoc procederet, etiam vbi citare constaret de mente tes-
tatoris, vt quia fideicommissum concerneret fauo-
rem familiae: sequitur etiam Menoch. vbi supra, n. 45.

plures referens. * Ex qua limitatione inferitur, in pri-
mogeniis, maioribus & meliorationibus, eam con-
ditionem validam admittendam esse, ex qua pri-
mogenium vel melioratio ita primogenitis deferatur,
vt nec Monachus nec Presbyteris competere possit,
imo eo ipso, quod quis eiusmodi bonorum possessor
Monachus aut Presbyter factus fuerit, ea bona statim
sequenti ex familiae nomine deferantur. Non enim
ista conditio ascribitur, vt a religione quis auertatur,
sed in familiae fauorem, ne ea bona extra familiam
alienentur, & quia similes institutiones primogenio-
rum ipsaque primogenia minime conueniunt Mona-
chis nec Presbyteris: quod in specie notat Palac. Rub.
in rubric. de donation. inter virum & uxorem, §. 16. n. 14.
ex quo & ex Alexand. & Iafon idem probat Couat.
d. num. 11. & Anton. de Padill. vbi supra, num. 45. D.
Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 13. num. 99. late
& optime Pelaez de maiorat. 2. p. 9. 3. num. 1. & seq. vsq.
qua ad num. 6. exclusiue.

Quarto, & supra dicta communis sententia monaste-
rio fauorabilis, limitatur, si substitutus sit filius eius-
dem testatoris: tunc enim in praefata specie nostrae
quaestionis, huiusmodi substitutus in totum excludit
monasterium, quod alter filius grauat sub praedicta
conditioe ingressus est: Quia si testator voluit mo-
nasterium excludi a nepotibus seu filiis natis ex filio
grauato, quos minus dilexit, quae filium substitui-
tum, vt patet, quandoquidem ipsi faciunt deficere con-
ditionem: Ergo magis voluit, quod excluderetur ab
ipso filio substituto, arg. l. si vna mater, C. de bonis mater.
& l. Publius, ff. de condit. & demonst. Secundo ex text.
in cap. quicumque, 17. quast. 4. vbi inquit text. Quicumque
vult exheredare filio heredem facere Ecclesiam, querat al-
terum, qui suscipiat non Augustinum, imo, Deo propitio,
neminem inueniet: cuius capituli verba sunt D. Augu-
stin. in serm. de vita clericor. 52. ad fratres in erem. tom. 10.
fol. 314. licet Tiraquell. in l. si vngnam, in princ. n. 60. du-
bitauerit, illius capituli verba esse D. August. vt curio-
se ostendit Couat. vbi supra, n. 5. Praeterea in fauorem
filij substituti hoc casu trahere non debet paterna pias-
tas & naturalis ratio secundum Bald. in l. Deo nobis, C.
de Episcop. & cleric. & in terminis pro filio contra mo-
nasterium tenet idem Bald. in d. aub. nisi rogati, n. 9.
& consuluit idem Bald. consil. 197. testamentum Pycha-
reli, l. 1. vbi dicit, ita fuisse iudicatum: sequitur Sodin.
in l. cum annis, num. 42. ff. de condit. & demonst. Rip. in l.
ex facto, §. si quis rogatus, num. 41. Iaf. consil. 12. alta &
valde profunda, col. 2. in 1. vbi allegat Bald. Fulgos. &
Alexand. sequitur etiam Nicol. Boer. decis. 314. num. 7.
vbi allegat Bertrand. & praedicam Papienl. Andr. Al-
ciat. in l. Galus, §. & quid sitatum, in 2. lect. num. 7. ff. de li-
ber. & posthum. August. Beron. in d. c. in presentia, n. 45. 8.
de probat. Ioan. Dilect. Guald. de arte testand. tit. 5. de
substit. caut. 18. num. 4. Dec. in l. licet, C. de pact. vbi con-
cludit, filius magis hoc casu, quam monasterio, etiam
vltra legitimam, fauendum esse: & in consil. 419. num. 4.
vbi tenet, voluntatem testatoris impediri non debere,
fauore religionis & Ecclesiae, quem sequuntur moder-
ni Papienl. in annotat. ad d. licet, & in d. c. in presentia,
Grat. respons. 3. n. 61. & consil. 11. n. 9. vol. 2. Ber. consil. 114.
num. 21. & seq. vol. 2. & haec est magis communis opi-
nio, secundum Octau. Cacheran. d. decif. 126. n. 26. qui
eam probat, etiam n. 17. & 23. loquens etiam in bonis
extra legitimam: & in fine decisionis inquit, contra
monasterium iudicasse Senatam. Eandem fatetur ma-
gis communem Costa in cap. si pater verborum, si absque li-
beris, n. 66. de testam. in 6. & haec opinio indubia est
apud Menchac. hoc ipsum testantem d. §. 21. n. 170. Cui
sententiae & illa ratio patrocinatur, quod a communi-
ter accidentibus & ex coniecturata mente testatoris
O 2 videmus,

videmus, patres velle bona ad filios potius, quam ad Ecclesiam peruenire, cum ipso iure naturali inspecto, ad patrum successorem filij vocentur, vt pulcre notat Oldrad. consil. 94. n. 8.

32 Quinimo, vt ex pleisque auctoribus supradictis patet (quandoquidem simpliciter & generaliter loquuntur in conditione, si sine liberis decesserit) procedit & hæc limitatio, etiam si testator nihil de liberis legitimis & naturalibus, nec de ex suo corpore natis vel descendibus expressisset, sed tantum loqueretur simpliciter, si filius meus sine filiis vel liberis moriatur, substituo Martinum alterum filium meum. Hoc etenim casu & supradictæ rationes, pro superiori quarta limitatione adductæ, concludere atq; attere videntur, vt filius testatoris substitutus monasterium excludat, vt constat ex omnibus prope auctoribus sup. citatis: & in his terminis etiam probat, plures referens, dicens esse communem opinionem & ab ea non esse recedendum, putans Mant. vbi sup. n. 13. Ex qua communi conclusione limitari potest decilio text. in d. §. sed & hoc presens, cum similit. vt non procedat, quando filius testatoris fuerit substitutus: ita decilio Pedemonte. vbi supra, d. n. 26.

33 Verum contrariam omnino sententiam præcedentis limitationis 4 pro monasterio contra filium substitutum probauit Philip. Dec. consil. 426. in duobus, n. 3. loquens in simplici conditione, si sine liberis decesserit, & c. dicens, quod si grauat fideicommissum restituere post mortem, sub vna ex conditionibus, de quibus in d. §. sed & hoc presens, fiat Monachus, tunc monasterium succedit & excludit substitutus, quamuis sit filius testatoris: hoc ipsum pro constanti videtur habuisse. Paris. consil. 65. in 2. p. vbi tribus filiabus hæreditibus instituitis & reciprocis fideicommissis grauatibus sub conditione, si sine liberis decesserit, propositum est, duas ex filiabus prædictis religionem fuisse professas & dubitatum fuit de viribus fideicommissi: & respondet Paulus Paris. quod relicta filia succedere debet, quoniam monasterium erat incapax bonorum in communem: quasi fecturatum fuisset, si monasterium esset capax bonorum, excludere enim debuisset substitutam sororem eamque legitimam filiam: quam sententiam probauit Greg. Lop. in l. i. tit. a. p. 6. in gloss. de xasse hys, per illum l. 1. & per l. cum anus ff. de condit. & demonstr. eamque veritorem sibi videri magis congruere intentioni & menti Iustiniani in d. a. ubi de sanctiss. Episc. §. sed & hoc presens, testator subtilis Costa in d. c. si pater, l. p. in verb. si absque liberis, n. 64. eamque sequitur Mench. vbi sup. d. n. 170. Nec tenentibus hanc partem obstat d. cap. quicumque, l. 7. q. 4. quia intelligitur iuxta mentem Anchar. consil. 46. prima facie videtur, n. 1. vt scilicet procedat, quando t ageretur de exheredatione filij in totum: locus si de aliis bonis, præter legitimam tractaretur, quia in his magis monasterio & piæ causæ fauendum esset, quam filijs, vt etiam sentit Aretin. consil. 12. in causa Nicolai, col. 2. & Alexand. in consil. 92. num. 8. vol. 3. & probat Ialim. in aut. si qua mulier, n. 5. 6. & 7. c. de sacrosanct. Eccles. & tandem testatur Dec. vbi sup. n. 8. Hanc esse communem opinionem, quam nititur probare ex d. §. sed & hoc presens, dupliciter inducendum, vt ibi per ipsum: sequuntur plures relati ab eodem Dec. in d. licet, n. 5. c. de pat. sequitur etiam Rod. Suarez in l. quoniam in prioribus in declaratione legis Regie, in princ. ante limitationes, n. 9. c. de inoffic. testamen. loquuntur plures congeleti per Tiraquell. in l. si vnam quam verb. liberis, n. 87. c. de renouand. donat. Ex quo inferret Costa vbi sup. n. 66. quod si in hoc Regno Castellæ pater filium meliorauerit in tertia hæreditatis parte, & si sine liberis decesserit, vt eam partem alteri filio restituat, grauaueit, & is filius melioratus ingreditur monasterium, certe in his bonis, quæ consti-

tunt filiorum legitimam, potior esset sine dubio causa filij substituti, quam monasterij, & sequendam esse hoc casu primam illam magis communem sententiam cum Socin. & aliis supra allegatis.

Quid tenendum in specie & casu supradictæ 4. limitationis? Ego quidem omnibus recte pensatis & ponderatis, pro mei tenuitate ingenij, longe veritorem existimo præfatam magis communem sententiam & sic limitationem quartam sup. assignatam ad priorem opinionem questionis principalis huius nostri capitis ac proinde tenendam in iudicando & consulendo, ex fundamentis sup. adductis pro ea & iis quidem verissimis atque voluntariis testatoris valde proximis, quæ semper in his casibus spectanda ac obseruanda est. Nec obstat d. l. 1. & d. l. cum anus, à Greg. Lop. pro secunda parte consideratæ, quia in diuerso casu agunt, quamuis ipse velit confundere terminos d. c. in presentia, cum similib. cum terminis d. l. cum anus, & d. l. 1. cum tamen plurimum inter se differant, Quoniam in casu d. l. cum anus, & d. l. 1. si grauat restituere post mortem simpliciter & absque vlla conditione ex his, quarum meminit Iustinian. in d. §. sed & hoc presens, ingreditur monasterium capax bonorum in communem, etiam si grauat ipse sit descendens testatoris, & etiam si eo viuentem, emolumentum hæreditatis ad monasterium pertineat, post illius tamen mortem naturale substitutum debet succedere in fideicommissum monasteriumque excluditur, iuxta communem sententiam, quam pluribus relatis sequitur, probat & defendit Costa vbi sup. qui Greg. Lop. mordet, quod dicta iura pro se adduxerit: quod secus est in casu d. c. in presentia, & d. §. sed & hoc presens, vt visum est abunde latius supra.

Postremo, intelligētus communis sup. assignatus ad 36 d. c. quicumque, mihi verus non videtur: Nam est parentes de bonis vltra legitimam filiorum possint licite disponere inter extraneos & à fortiori in fauorē causæ piæ, vt patet ex legibus huius Regni, permissentibus legare quintum pro anima & extraneis, quæ absq; dubio tanquam iustæ & ab habētibus potestatem eas condendi, conditæ, plenam securitatem, etiam in conscientia iuxta earum tenorem disponētibus tribuunt: non tamen hoc vllō modo conuincit, vt magis fauendum sit in bonis vltra legitimam monasterio & piæ causæ, quam filio: Quinimo contrarium potius dicendum videtur: tum, quia iura simpliciter statuentem hæreditatē filijs deberi iurē naturæ, l. scripto in fin. ff. de d. l. cum similib. & iuxta illud Paul. ad Galat. c. 4. Filius. Ergo hereditas ex generalitate d. c. quicumque, & voluntate testatoris satis manifeste coniecturis supradictis elicit. Vnde rectius Cou. vbi sup. n. 5. prope fin. colligit, quod excepta legitima portione, filijs ex patrimonio parentū debita, in reliquis bonis saltē par ius est filijs & Ecclesiæ, ita vt ea interpretatio, quæ filijs fauet & Ecclesiæ fauere debeat, in d. c. in presentia, & in aut. si qua mulier, c. de sacros. Eccles. & ideo merito contra prædictam communem opinionem, quæ habet, potius fauendum esse piæ causæ, quam filijs in bonis extra legitimam, tenet idem Dec. vbi supra in d. l. licet, n. 5. c. de pat. in 3. notat vbi communem opinionem suprad. veram tantum intelligit in relicto pro restitutione male ablatorum, quia agitur de periculo anime: secus si nō agatur de hoc: & iterum idem Dec. in l. generaliter, col. 3. vers. retenta tamen, n. 7. c. de inst. & sub. sub cond. fact. & c. 391. in casu proposito in fin. & add. eiusdem Dec. d. c. 426. lit. C. Tit. in l. si vnam quam, verb. liberis, n. 89. c. de renou. don. Resoluo igitur receptus, verius & securius esse, quod in præd. 4. limitatione, de qua nunc agimus, cum sua ampliatione prædictimus: quod nouissime etiam probauit post nos Men. d. præf. 83. n. 36. cum plurib. seqq. Quo fit, vt illatio Cost. vbi sup. indubia sit atq; tenenda.

37 Quæ t nostra ampliatio à fortiori & absque dubio procedet, si postquam testatoris substitutum, si ipse sine liberis quod decessisset, pia causa secundo loco substituta esset: expressior liquidem hoc casu deprehendi potest testantis voluntas, quæ piæ causæ rationem & considerationem habuit & nihilominus priori loco filium posuit atque grauat substituit & piæ causæ prætulit: Qua ratione consequenter intelligitur, eundem filium substitutum præferri voluisse alteri piæ causæ monasterij, si forte illud ingrederetur filius vel filia grauat, ita vt substitutionem filij vel filie non possit monasterium præpedire, vt verissime & subtilissime probauit Cost. vbi sup. n. 67. in terminis d. c. si pater, qui prope idem sunt t cum nostris, & n. 69. idem non sine colore eadem prædicta ratione defendi posse contendit in his terminis præmissis, etiam si extraneus esset substitutus, quandoquidem pia causa post eum substituta t esset* Et Cost. in priori casu sequitur Menoch. vbi sup. n. 47. Quinimo decilio text. in d. §. sed & hoc presens, non procedit, si alia pia causa fuerit substituta, vt ex eo in fin. colligitur. Nam cum id fuerit constitutum in fauorem religionis atque pietatis, non debet locū obtinere aduersus aliam piam causam expresse à testatore vocatam, gloss. in d. a. ubi nisi rogati, & in d. c. in presentia, gloss. fin. & Doctores communiter in hoc concordant secundo cum. consil. 18. n. 8. versic. his tamen omnibus non obstantibus, vol. 4. sequitur alios allegans Mantica vbi sup. n. 12. vbi refert Tiraquell. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 95. idem tenentem & post alios dicentem, hoc etiam procedere, quamuis piæ causa t substituta, non sit æque pia, ac illud monasterium. Si hoc igitur verum est, substitutus, etiam extraneus in medio adiectus, præferri debet monasterio, vt locus deur substitutioni alterius piæ causæ, posteriori loco factæ, conditione substitutionis euentient: Quo fit, vt ampliatio prædicta Cost. verissima sit & tenenda, vt potest plurimum adiuuata ratione efficaci atque communii opinione modo relata num. 39. pro limitatione d. §. sed & hoc presens. Ex supradictis remanet fundata prima pars communis & magis communis, vt in specie nostre questionis principalis, de qua in summario & in principio huius capitis, monasterium excludat substitutum, cum quatuor limitationibus supra enarratis, eadem assignatis, quæ veræ ac receptæ sunt & tenendæ.

Verum cum nihil in nostro iure ita certe diffinitum sit, quin maximam contradictionem patiatur: argum. l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. præmaxime articulus hic, qui vnus ex controuersiorib. sit, quam vnq; examinauerit contraria sententia, imo quod in præsentia specie, quando aliquis substitutus est, si institutus vel t grauat sine liberis legitimis & naturalibus decesserit, vel sine liberis tæ se legitime descendentibus, vel ex suo corpore procreatis, huiusmodi substitutus excludat monasterium, quod institutus vel grauat decessens sine liberis, ingressus est, sequentibus fundamentis & auctoritatibus probatur. Primo & peremptorie, quia text. in d. a. ubi de sanctiss. Episcop. §. sed & hoc presens, colat. 9. & in aut. nisi rogati, ab eo de sumptu, c. ad Trebellianum, in quibus prima communis habet maiorem radicem atque fortius fundamentum est exorbitans à regulis iuris communis & à mente testatoris, vt supra resoluimus atque probauimus: vnde cum loquatur in simplici conditione defectus liberorum, trahi non debet ad conditionem mixtam, in qua addita est illa qualitas, si sine liberis ex suo corpore legitime procreatis, vel legitimis & naturalibus, vel a se legitime descendentibus, & c. quia sub simplici t conditione non continetur mixta, iuxta notata per Iaf. §. omnium, num. 28. in fin. de alt. maxime in exorbitantibus & correctioribus, vt notat Aret. in l. cum

antiquis, c. de inoffic. test. & licet eius dispositio appellari possit fauorabilis, tanquam introducta in fauorem monasterij, & piæ causæ: eius tamen fauoris ratio haberi non debet, cum ius tertij, hoc est, filiorum t ipsonum hædat, vt in c. ex tenore, de fora compet. c. nuper, de donat. inter virum & uxorem, Paul. de Castro consil. 104. num. 4. vol. 1. & eo maxime, cum fauorabilis mere dici non possit ea t dispositio, quæ mixtum in se fauorem & odium contineat, iuxta notata per Dec. in l. venia, n. 5. c. de in ius vocan. Quare recte omnes probauerunt, dispositionem d. §. sed & hoc presens, non esse trahendam nec extendendam ad alios t calus & conditiones, quam in eo expressas, nempe nuptiarum siue defectus liberorum, vt constat ex eodem text. ibi, Aut sub vna prædictarum conditionum, & tenet alios allegans Tiraq. in d. si vnquam verb. susceperit liberis, num. 46. etique receptor opinio vt supra docuimus: hæc autem nostra species, de qua est præsens controuersia non est ex duobus in d. §. sed & hoc presens, contentis, quia diuersa verba & rationem habet, vt inferius dicemus. Ergo nullo modo comprehenditur sub decisione prædictorum iurium, ac proinde per substitutum excludi debet monasterium in casu nostre questionis.

Secundo & potissimum hæc secunda pars fulcitur, quia text. in d. §. sed & hoc presens, procedit per interpretationem & fictionem iuris, vt est prædictum & patet: Nam nemo sane mentis dicit, monasterium esse verum filium, sed fictum, vt infra quoq; latius dicemus: Quæ interpretatio legis tunc locum habet, quando de mente testatoris constat, voluisse voluntate suam subiecte iuris interpretationi: vbi vero verba testatoris clara sunt eiusq; mentem significant, ex quibus voluit dispositionem suam naturaliter, non autem quilibet & per fictionem intelligi, tunc locum habere non debet sæpe allegatus text. in d. §. sed & hoc presens, sed ex verbis præsentis quæst. nempe si sine liberis ex suo corpore procreatis decesserit, vel legitimis & naturalibus, vel ex se descendentibus, manifesta testatoris intentio colligitur, voluisse intelligere de filijs naturaliter genitis, non autem de interpretatis à lege, cum naturale illorum verborum significationem communis vltus loquendi suadeat, qui semper attendi debet, l. cum de lanionis, §. animam, ff. de fund. instr. l. librorum, §. quid tamen Cassius, ff. de legat. 3. Bart. in l. omnes populi, n. 59. ff. de inst. & iur. Bald. in l. fin. q. 14. c. de hered. insti. à qua testatoris dispositione t recedendum non est, l. generaliter, §. fin. cum ibi notatis, c. de insti. & sub. tit. c. l. in conditionibus primum locum ff. de condit. & demonstr. cum enim manifestus est testatoris sensus, verborum interpretatio nullam tantum valet, vt melior sensu existat, vt in l. 3. c. de lib. præf. cum nullum maius sit mentis nostre testimonium, quam qualitas inspecta verborum, l. Labeo, §. idem ff. de suppellect. legat. c. is auem, l. 2. Bald. in l. volumatis, c. de fideicommiss. Si enim coniecturæ apertissima in proposito mentis defuncti, volentis excludere monasterium per substitutum, faciunt, vt non procedat d. §. sed & hoc presens, vt supra resoluimus in 3. & 4. limit. prioris sententiæ, quænam, quælo, apertiores esse possunt, nempe, si sine filijs legitimis & naturalibus, vel ex suo corpore procreatis, vel descendentibus decesserit: falsa enim ratione recti sermonis, non altere possunt intelligi illa verba, nisi de liberis ex procreatione naturali genitis, non autem à iure interpretatis: Quia si testator voluisset monasterio bona sua conferri, casu, quo alter filiorum ingrederetur monasterium, profecto non per verba naturalia naturaliumque procreationem importantia loquutus fuisset, sed simpliciter conditionem, si sine liberis decesserit, apposuisset, quo casu tantum loquitur d. §. sed & hoc presens, non autem quando adiecta essent illa verba: Ex suo corpore

corpore procreatis, &c. ex illis enim expressa redditur voluntas testatoris, volentis monasterium excludi, alias superfluo stareat nihilque operarentur, contra regulam l. si quando ff. de legat. c. si Papa, de privileg. lib. 6. cum aliis late adductis per Aym. Cran. consil. 135. n. 24.

49 Quinimo scribit Paul. Cast. consil. 30. super puncto isto, in princ. lib. 1. quod substitutio ita facta, si institutus decesserit sine filiis, intelligitur de veris filiis, non de fictis, arg. l. vlt. C. de iis qui ven. a. a. impetr. & l. sancimus, C. de imp. subditque, illos dici veros, qui nascuntur secundum naturam, fictos vero, qui suscipiuntur secundum naturam, quem refert & sequitur Tiraquell. in d. l. si unquam, verbo, susceperit liberos, n. 45. hinc plane intelligens secundum omnes de hac re agentes, monasterium esse fictum & improprium filium: & quamvis prædicta sententia Pauli in simplici conditione, si sine liberis decesserit, stare non possit, propter d. c. in presentia, & d. sed & hoc presentia, attamen in conditione mixta, de qua agimus, verissima videtur.

50 Tertio, confirmatur præfata opinio, quia in potestate instituti esse non debet substitutio in testatore factam eludere irritamque reddere, arg. l. ne in potestate, & in l. si quis rem ff. de arbit. & eorum quæ tradit Alexand. consil. 49. n. 2. lib. 2. sed si per ingressum monasterii substitutus excluderetur, hoc contingeret contra mentem testatoris: Igitur, &c. Quare merito receptum est, filium adoptivum non operari defectum substitutionis factæ alicui, si sine liberis decesserit, ut in l. si ita quis testamento, §. si ff. de legat. 2. D. in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebellian. Hanc rationem visus est sentire Calcan. consil. 20. n. 11. sed eam expresse declarat atque in proposito adducit decif. Pedemont. suprad. 126. n. 15 & 16.

52 Quibus & aliis fundamentis hanc secundam partem principalem in favorem substituti tenet Jacob. de Bellouiso in d. §. sed & hoc presentia, & Bald. in d. a. ubi nisi rogatus, n. 9. & ibi eius additio, & Salycet. n. 6. C. ad Trebellian. Pract. Papiens. in forma libelli, quo agitur ad substitutionem, in versic. ex suo corpore, est communis secundum Felin. in d. c. in presentia, n. 3. sequuntur plures relati pro Rip. in d. §. si quis rogatus, n. 37. in versic. & ideo pro substituto, Grat. d. consil. 111. n. 49. qui alios allegat Boer. d. decif. 354. n. 6. in versic. tamen prima in hæret, post Calcan. d. consil. 20. n. 1. quem refert & ante eum Alexand. sibi cõtrarius consil. 180. vol. 1. & hanc opinionem firmant moderni Papiens. consil. 11. n. 27. & in additionib. ad Alex. consil. 121. l. 2. Aitor. de Guido consil. 161. n. 8. vsque ad n. 27. exclusivè inter consil. vlt. vol. ubi etiam respondet ad aliqua in contrarium adducta Natta consil. 602. n. 4. post plures per eum citatos. Hanc eandem sententiam alios plures allegans sequitur & late probat decifio Pedemont. ubi supra n. 11. & seq. ubi n. 18. inquit, ex supradictis Doctoribus dici posse, hanc esse crebriorem sententiam, & tandem in fine decisionis inquit, secundum hanc partem censuisse Senat. Pedem. ubi monasterium esset capax, & descendens à testatore esset substitutus, Eandem sententiam, in illa nempe conditione, si sine liberis legitimis & naturalibus ex suo corpore procreatis decesserit, testator communem aduersus Barr. additio Alex. alios allegans d. consil. 11. n. 4. lit. A. in vers. tamen communis opinio est in contrarium, &c. lib. 2. Hanc partem probant etiam plurimos referens eamque communem testatus Franc. Mantic. ubi supra, dicens, fortasse posse videri frequentiori calculo receptam esseque in vlt. receptam secundum alios, quos refert: dicit etiam communem Felin. in c. in presentia, num. 36. & Corn. eam sequuntur in d. a. ubi nisi rogatus, & ibi Salycet. post Cyn. & Fulgof. ibi, dicens esse in iudicio sequendam tanquam communem, prout eum refert Mench. de successore. d. §. 21. n. 167. vers. contrariam

partem, ubi alios plures eam tenentes citat & probat & dicit veriore, quia proximior voluntati testatoris, & quia hoc casu non tantum ex vi verborum, sed etiam ex mente testatoris, illa conditio excludit omnem filium legalem vel interpretativum, veluti adoptivum vel monasterium, quia non est, cur magis ad filium ad opium, quam ad monasterium eligendum adiecta videatur. Eandem etiam sententiam plures allegans sequitur & dicit communem Didac. Perez in d. l. 1. tit. 2. l. §. ordin. fol. 134. col. 2. * & Vinc. de Franch. d. decif. 29. n. 3. cum seq. ubi n. 7. quod sacrum Concilium Neapolit. secundum eam iudicavit: & Menoch. l. 4. presump. 13. n. 27. cum seq. ubi eam sequitur, plures allegans & late probans aduersus primam contrariam sententiam, quam ex aliis refert esse magis receptam, n. 33. *

Quid tenendum in re summe difficili: Et quidem licet utraque sententia communis & receptor atque facta probata sit, vt vidimus, ita vt pene dignoscere non possit, quæ sit magis communis in rei veritate: Nihilominus tamen hæc secunda supra proxime relata, quæ in favore substituti, contra monasterium questionem decidit, mihi verior videtur & tenenda in iudicando & consulendo, per fundamenta supra pro ea adducta, quæ illam conuincunt atque manifestam efficere videntur. Præterea magis accedit veritati ac voluntati testatoris, proximior est atque proinde probabilior & securior, præcipue si descendens testatoris esset substitutus: quo casu etsi controuersio, magis communis sententia absque dubio est in fauore substituti, vt vidimus supra in quarta limitatione: & præmaxime etiam procederet, si pia causa secundo loco post filium aliumve descendentem esset substituta, vt prædicimus ibidem: idem esset dicendum, etiam in extraneo substituto, quamuis pia causa non esset post ipsum substituta, si tamen testator expresse vel per evidentes coniecturas exclusit vel excludere voluit monasterium, veluti si familia vel agnationi consuleret voluisset, vt in ea perpetuo bona remaneret, vel etiam his deficientibus, si monasterium esset incapax successione in cõmuni, vt in cæteris tribus prioribus limitationibus resoluimus.

Obseruandum igitur erit in summa, quod si testator simpliciter adiecit conditionem, si sine liberis decesserit, monasterium successione capax in communi excludit substitutum extraneum absque vltimo dubio, non vero descendentem ipsum testatoris. Si vero in prædicta conditione adiecit, si sine liberis legitimis & naturalibus, ex suo corpore procreatis, vel a se descendentibus, secundum veriore & communem sententiam atque tenendam aduersus alteram communem contrariam, substitutus, præmaxime si sit descendens testatoris, monasterium præfatum excludit: idem à fortiori, si adiecerit, veris & naturalibus filiis, non per iuris interpretationem vel de eorum vero & non ficto matrimonio: idem etiam dicendum est in quolibet casu prædictarum 4. limitationum.

Et cum casus hic principalis questionis huius capit in praxi cõtingit in his Regnis in lite magna quantitatis, atque late dimicatum fuisse super iustitia causæ, tandem in fauore substituti descendentes testatoris prima sententia decisa fuit, quamuis ab ea appellati existat relæq; adhuc in supremo tribunali indecisa pendente Superest, vt respondeamus fundamentis contrariæ partis, vt tandem posterior ex responsionibus prædictis dilucidior appareat.

Ad primam, nempe quod monasterium habeatur loco filij, et in d. c. in presentia, de probat. & in d. §. sed & hoc presentia, respondeo primo, hoc falsum videri nec vlli in iure id expressum esse, sed potius inuenit est Doctorum: Nam in d. c. in presentia, non dicitur, monasterium haberi loco filij, sed hæredis, id quod est multum

tum diuersum, vt aduertunt Bart. in dicit. a. ubi nisi rogatus, C. ad Trebellian. Præterea, quod habeatur loco hæredis, non est dictum à Papa statuentem, sed à parte allegante, vt ibi omnes pene recentiores annotant, & ante eos Angel. consil. 80. hoc quæst. subilisi est, col. 2. vers. confirmatur hoc iudicio non ius facit, vt voluit Ioann. Andr. in c. dilecto, col. 2. in verb. iuramento, & iterum in verb. quem certum numerum, & ibi quoque ceteri scriptores, de præbend. Præterea dicit, sed & hoc presentia, id non probat, ad quod alij eum allegant, sed potius contrarium, dum dicitur ibidem, quod conditio libetorum habeatur pro non scripta, si quis ingrediatur monasterium: Si enim monasterium haberetur loco filij, conditio haberetur pro impleta: id quod etiam adnotat Bartol. in d. consil. 1. versic. §. Salycet. in a. ubi, si qua mulier, col. 1. versic. redeo ad quæst. C. de sacrosanct. Eccles. & alij post eos. Demum si præfata conclusio communis esset vera, quod monasterium loco filij haberetur, sequeretur lex absurda, quæ congerit Felin. in d. c. in presentia, n. 42. Quare pluri sunt auctores, qui constanter negant, monasterium vltimo casu haberi pro filio, & in his Bartol. in d. a. ubi si qua mulier, num. 4. & 19. & ibi Paul. Castrenf. n. 3. idem Bart. in d. a. ubi nisi rogatus, post Ricard. de Malumbr. ibi, & vtrouique fere omnes Dd. post eum, & rursus idem Bart. in l. si ita quis, §. cui, ff. de leg. 2. & in d. consil. 1. & Anton. de Butt. in d. c. in presentia, col. 13. Roman. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat. Calc. consil. 7. quia à me questum est, col. 13. in versic. imo secundum veram opinionem, ubi alios allegat, & iterum consil. 21. ista quæstio habet tria dubia, col. 4. versic. modo non obstat: atque etiam consil. 68. Magister Thominus, col. 3. probat late Barbat. col. 13. elementissimi, col. 7. vers. præterea facti ad prædicta, l. 1. Felin. in d. c. in presentia, n. 42. & inquit Bald. in l. filium, in 1. col. ff. de iis, qui sunt sui vel alieni iur. quod est fatuitas dicere, quod monasterium habeatur loco filij, imo istud vulgare dictum processit à communi errore, secundum Salycet. in d. a. ubi si qua mulier, & in d. a. ubi nisi rogatus. Eandem etiam sententiam contra communem probat videtur Tiraquell. in d. l. si unquam, verbo, susceperit liberos, n. 47. C. de reuoc. don. ubi inquit, quod ita tenent fere omnes in dicit. a. ubi si qua mulier, & in dicit. a. ubi nisi rogatus, tenet etiam Rip. in dicit. §. si quis rogatus, n. 37. in versic. item dicitur, quod monasterium, & in dicit. l. si unquam, §. 34. n. 93. de reuoc. don. Cou. l. 1. variarium, c. 19. n. 6. est communis secundum Mench. d. §. 21. n. 166. versic. contrariam partem: sed hæc etiam partem sequitur decif. Pedem. 126. n. 20. & Mantic. ubi supra n. 6. inquit, quod quamuis non discedat à communi regula, quod monasterium loco filij habeatur, quicquid alij dixerint, nullamquam id expressum est, vt ibi ex aliis probat: & post huius operis primam editionem præd. 2. sententiam negatiuam sequitur & dicit veriore & receptoriam, ad plurima inferens ex ea Velazq. in d. l. 40. Taur. gl. 4. n. 18. cum seqq. & late probat aduersus primam, quam communem dicit Menoch. d. l. 4. presump. 83. n. 28. cum seqq. Sed quia contraria sententia affirmatiua, nempe monasterium haberi loco filij, est apud nos receptissima, ideoque difficile sit ab ea recedere, quia licet sit error, sic à modo communiter inoleuit, quod faciat ius, vt alias dicitur in l. 1. C. de test. cum similib. & minime sunt mutanda, quæ certam interpretationem habuerunt, vt in leg. minime, ff. de legib. ita Salycet. d. a. ubi, si qua mulier, n. 1.

Secundo modo respondeo, quod etsi monasterium loco filij habeatur, erit quidem filius fictus, civilis & improprius, vt constat ex prædictis iuribus, & tenet expresse Bald. in l. cum acmissimi, col. 1. vers. quæro quid si pater, n. 4. C. de fideicom. & in l. fideicom. ff. de condit. & demons. & consil. 127. in 2. dubio, n. 3. lib. 5. C. pro. consoci-

nil. 36. col. 2. in fin. lat. in l. si ita quis promiserit, c. ea lege, n. 14. vers. tertio haberi, ff. de verb. oblig. ubi supra; id quod aperte præsupponunt atque volunt omnes, qui dicunt, monasterium haberi loco filij, quia hæc verba denotant impropriæ etiam & fictionem, vt aduertit Tiraquell. ubi supra n. 45. & ideo non nisi in casibus à iure expressis haberetur pro filio, prout in d. c. in presentia, & in dicit. §. sed & presentia: quia cum ista sit quædam fictio, non habet locum, nisi in casibus à iure expressis ad aliosque non extenditur: ita Bald. in d. a. ubi si qua mulier, n. 3. quem sequitur Iason ibid. n. 19. & 20. & Rip. in d. l. si unquam, §. 34. n. 93. Anton. Abb. Bald. & Felin. in d. c. presentia, n. 42. & ibi Patil. n. 133. & in consil. 65. n. 10. & 11. l. 2. Salycet. in d. a. ubi si qua mulier, D. Molin. l. 1. de Hisp. primog. cap. 9. n. 45. & Pelaez alios allegans de maiorat. 2. p. q. 3. num. 13. decif. Pedemont. 126. n. 20. hocque alia ratione procedit, nempe, quod dispositio dicit, §. sed & hoc presentia, sit exorbitans regulis iuris communis, ideo non trahenda ad alios casus, nec ad alias condiciones, quam in eo specificatas, vt supra conclusimus.

Neque obstat, quod appellatio filiorum simpliciter facta, intelligatur de filiis ex lege natis, non vero de fictis & impropriis, vt in d. l. fideicom. ff. de condit. & demons. & ideo expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur, vt supra pro priori parte dicebamus: Nam quamuis illud esset eo iure, attamen ex nouiori authenticorum d. §. sed & hoc presentia, & d. c. in presentia, aliud est in simplici conditione defectus filiorum vel nuptiarum, fauore religionis, vt videmus: quod non est extendendum ad alium casum, nec ad aliam conditionem, nempe mixtam, de qua nos agimus, vt est prædictum atque sufficienter probatum.

Non etiam obest, quod fictio prædicta sit à lege introducta super actu, de quo lex ipsa disponere potest, ideo dicitur legem id facere vere, non vero fictè, vt supra quoque dicebamus: quia id verum est atque procedit in casu expresso in d. c. in presentia, & in dicit. §. sed & hoc presentia, nempe in conditione simplici sine liberis decesserit, non autem quando adiecta essent illa verba; Ex sua corpore procreatis, quia tunc expressa est voluntas testatoris, volentis excludere monasterium, vt supra dicebamus in fundamentis huius secundæ partis. Præterea cum decifio dictorum iurium, vt sæpe diximus, sit exorbitans à regulis iuris communis, ad alium casum extendenda non est præter eum, in quo loquitur.

Ad secundum respondeo, minime præsumendum esse, quemquæ hæc in specie ab ingressu religionis auertendum esse tam facile & leui occasione: Quare infirma apparet ratio prædicta Ricard. de Malumbr. quia hic insursum, qui non susceperit liberis religionē profiteretur, idē habiturus est ex his bonis, siue sit locus fideicommissi siue non, quia monasterium eo viuente his bonis non priuatur: nec profecto aliquem vidimus hæcenus abstinere ab ingressu religionis, eo, quod non habeat bona, quæ in monasterium deferat. Præterea, religionē ingrediens parum sollicitus esse erga bona temporalia & patrimonium, quibus omnino renuntiat, vt in c. cum ad monasterium, de stat. regular. Ergo nullo pacto vere dici poterit, quempiam ex animo veræ religionis ingressum optantem posse ab eo instituto auerti, ob id, quod eis bona ex fideicommissis ad alium deferantur, ipsò religionem proficiente. Nec item est præsumendum, quemquam minus in animo sibi persuadere religionis professionem, quod ob eam propria bona ex voluntate eius, qui ea sibi reliquerat, alij comptant. Paupertatē enim profiteri volenti hæc impedire esse non possunt: Quo fit vt præd. cõditio minime detrahat à religionē, siq; non obest ratio adiecta prædicto secundo fundamento: Quinimo expresse possit testator excludere in hac specie monasterium, vt supra resoluimus in

secunda limitatione ad priorem partē assignata: idem- que potest tacite, si per apertas coniecturas id constet, vt ibi, probauimus. Hæ autem vigentes sunt in propo- sito, cum dixerit testator, *ex proprio corpore procreatis, vel legitimis descendens*, monasterium enim non est filius procreatus ex proprio corpore instituti vel grauati, nec ab eo vere descendens, sed tantum filius fictus & improprius per iuris interpretationem, eo tã- tum casu, quo adiecta sit simplex illa conditio *si sine li- beris decesserit*, non vero quãdo prædicta verba adiecta fuerit, vt *sup.* est probatum atque doctum: sicque non etiam obest ratio pro priori sententia, considerata per Rip. nempe, quod per prædictam cõditionem mixtam non fuit cogitatum de monasterij exclusione, sed tan- tum de filij adoptiui, & ad eum effectũ adiecta fuisse verba illa, *si sine liberis legitimis & naturalibus, &c.* Nam verus est ac voluntati testatoris proximus, de vtroq; videri cogitatum; Non enim est, cur magis ad vnum quam ad alium excludendum referenda sint, cum ver- ba præfata, *si sine filijs legitimis & naturalibus, vel ex pro- prio corpore procreatis, vel ab eo descendens*, verificari non possint in monasterio, sicut in filio adoptiuo, quia monasterium non est filius legitimus & naturalis mon- nachii ipsiũ ingrediendũ, nec ex proprio eius corpore procreatus, nec ab eo descendens, sicut nec huiusmodi est filius adoptiuus: vtrumque ergo manifestissime excludere voluit testator per prædicta verba.

38 Ad tertium ¶ respondeo, quod illa sententia Bartol. quam illic retulimus, non est omnino vera nec meo iudicio tenenda, vt pote expresse voluntati defuncti, verbis & menti contraria, qui in vtroque casu prouidit, nempe, *si filia nuberet*, relinquendo eadem tunc certam pecuniam quantitate, & præterea *si religionem in- gredere*, quo casu etiam ei aliud legatum fecit, quamuis non ita pingue: voluntas igitur testatoris ita manifesta atque clara obseruanda erit, iuxta vulgaria iuris principia: Tempore enim traditionis siue legati rei siue potest quis imponere conditionem, quam voluerit. Præterea vt illic deduximus in limitationibus, quas eidem doctrinæ Bartol. adiecit, ipsa non procedit, quoties testator contrarium expresse caussit: at in hoc casu satis expresse id voluisse constat. Quandoquidem filia nubenti certum legatum fecit, & religio- nem ingrediendi aliud: quod si hoc omnino expres- sum ac manifestum non dixerit, eo quod verbis negatiuis vltus non fuerit, sufficit tibi voluntas clara ex ver- bis ac mente deducta, vt constat ex prædicta facti spe- cie, in qua Bartol. & communis contrarium existima- uit; Si enim in dubijs voluntas testatoris ex conie- cturis ipsius mentis exponenda est, vt in *l. voluntatis defuncti, C. de fideicommissis*, & ibi Doctores, & alibi sæ- pissime præcipiunt per Mant. in suo tractat. de coniectu- ris vltim. voluntat. per totum, à fortiori idem erit seruandũ, vbi verba testatoris sunt clara & aperta, simul cum mente expressa & voluntate, vt in nostro casu, cui vere & realiter violentia fieret, si aliud diceremus; Non enim ita omnino in omnibus fauorabiliores de- bebimus esse monasterio, vt ob id contra voluntatem expressam defuncti fiat, cui non solum expresse, sed etiam ex coniecturis elicita adeo deferri iurisconsulti volunt, vt eam primum locum obtinere præceperint, vt in *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstrat.* docui- mus late in repetit. *l. nemo potest, ff. de legat. in princ. in primis numeris.*

Præterea, & ratio naturalis, & communis obseruan- tia totius mundi dicitur, vt minus præferatur & sufficiat filiabus ingrediendibus religionem, quam nubentibus vt experientia docet: & sufficit allegare naturalem ra- tionem & æquitatem, vt in *l. scire oportet, §. iustitiam de ex- cessu, in or.* & mihi sunt mandata, quæ certam in-

terpretationem habuerunt, vt in *l. minime, ff. de legibus*. Denique & contra supradictam Bartol. receptam sen- tentiam facta secunda limitatio, etiam communis & præterea vera, quam *sup.* assignauimus, n. 26. & seq. ad primam opinionem principalem, contra quam nunc imus ac tenemus. Nec obstat, quod si contra Bart. in hoc reuocamus, puella ob hoc auerteret a religione: Idẽ enim si contingat, sibi imputet, quoniam non in eum finem à testatore minor quantitas ingredienti religio- nem relicta fuit, sed quia ea sufficit potius eidem ita- tui, quam ad nubendum, præcipue cum, vt *sup.* diceba- mus, n. 52. non sit præsumendum, ob hoc quemquam à religione auerterem: cum etiam si religionem puell- la ingressa, monasterium haberet maiorem quantitã, ubi nihil acquiritur, sed monasterio. Communis igitur atque recepta sententia Bart. vbi supra contraria nullo iure procedere potest, vt ex supradictis patet, nec est curandum de numero, pondere & mensura auctorum, quoties sua doctrina solido iuris fundamento caret & contraria expresse ¶ eo comprobatur. DD. enim nostri rationes non perferuntur & plerumque aues imitantur, quæ quando vna volat, alie omnes sequuntur, vt alias inquit Dec. *conf. 459, n. 12.* vbi etiam post alios tenet, quod communis opinio non attenditur, quando alia opinio contra communem, fundata sit meliorib, rationibus, per text. in *l. 1. §. sed neque ex multitudine au- ctorum, C. de veter. iur. enucl. c. apellanus, de ferriis*, æquus enim est, illi sententiæ inhæret, quæ melioribus ra- tionibus fulcitur, etiam si Imperator sit in opinione contraria, *l. Amilius, ff. de minor. ita Angel. conf. 170.* quem refert & sequitur Dec. vbi *sup.* & ita merito contra Bartol. doctrinam, vbi *sup.* tenet Bald. in *d. a.uth. nisi rogati, col. 8. versic. hac ratione, n. 11.* dicens, quod communi obseruantia & naturalis æquitas vult, quod filia hoc casu ingrediens religionem, non debeat habere, nisi eam solum quantitatem, quam pater eidem munu- patim legauit, *si religionem ingrediatur*: idem Bald. in *l. Deo nobis, col. 2. in princ. n. 1. & 2. C. de Episcop. & cler.* vbi ait, quod ita obseruatur consuetudo & Paul. Cast. *ibid. n. 5.* dicens, quod ita communiter seruatur Paul. in *dict. a.uth. nisi rogati, n. 3.* vbi quod ita communiter tene- tur: idem Paulus in *l. Titio cenam, §. 1. in fin. ff. de condit. & demonstrat.* vbi inquit, quod ita videmus seruari per totum modum: & Fulg. in *dict. l. Deo nobis, & con- fl. 53, col. 1. lason. conf. 44, col. 5, vol. 3.* Dec. in *d. c. in præ- sentia, n. 59.* sequitur Crocus in *d. l. nemo potest, n. 71.* & veriorẽ esse censet Couar. vbi *sup. d. n. 9.* sequitur Cu- manus in *l. si ita quis, §. is cuius, ff. de legat. 2.* vbi asserit, hanc esse communem, & Decius sibi contrarius *con- fl. 419, col. 2.* vbi sequitur hanc secundam partem, tan- quam magis receptam à Doctõribus: est communis etiam, vt ex aliis refert Decius. Pedemont. *126, n. 22.* re- fert alios plures huius sententiæ auctores Rolan. à Valle vbi *sup. n. 11. & seq.* qui numeris præcedentibus fundamenta eiusdem etiam retulerat, quamuis eiusdem respondere conetur, vt pote qui priorem sententiam sequutus sit: hanc etiam sequitur plures referens Me- noch. vbi *supra n. 4. & 26.*

Ad quantum respondeo, quod licet ex prædictis iu- ribus probetur, simoniacum esse, recipere moniales dotatas, præcipue ex pactione præcedente, in contra- rium tamẽ est vltus receptissimus sine aliquo scrupulo, id enim credo sit consuetudo autem est optima legum interpretes, vt in *l. cum dilectus, de consuet. cum similibus.*

Præterea, si monasterium egens sit, verius est, quod possit accipere dotem pro alimentis monialis absque simonia, vt tenet Gloss. *l. in d. c. non satis, & in c. honorat. 32, q. 2.* Bald. in *authenticis qua. num. 11. C. communia de leg.* Secus monasterium opulentum sit, quia tunc pecuniam accipere ex pactione, simoniacum esset, secundum

secundum Bald. in *l. si quemquam, col. 1. vers. extra quari- tur, C. de Episcop. & cler.* Ioan. de Anan. in *rb. de simo- niis, n. 8.* Syluest. *verb. simonia, q. 15.* testatur communem ex Victorio, quem refert cum sequitur Anton. de Pad. in *d. a.uth. res qua. n. 5.* et si Dominicus à Soto *l. 9. de iust. q. 6. art. 2. ad 4.* existimet, non statim ex hoc simoniacum committi, quod monasterium opulentum sit, si pro ali- mentis dos assignetur, sed tantum præsumi: & quod præfecta ¶ monasteriorum sine vlla culpa aliquas ad religionem anhelantes & aptas sufficienter dotatas admittere possint, etiam vbi sit expletus numerus earum, quæ alij possint ex redditibus monasterij, dum tamen ab omni simonia caueant moniales, quæ solent aliquid pro sustinendo accipere, probat cum S. Thom. à Galet. probe expõsito. *2. q. 100. m. ad 4. Nau. de redd. diu. Eccles. l. q. n. 100. 101. & iterum in apologia de eisdem redd. q. 1. monito vlt. quod est 84. per totum*, addens, quod nunquam, aut difficile in Hispaniis ¶ approbat Dyonisijs sententia contraria: admonens monia- les, ne recipiant plures, quam alere possint monaste- riorum redditibus, annuis etiam indotatis & sine mun- ribus: quia licet non sit malum oppositum, nempe ne recipiant plures, &c. est melius: & præterea, quod prædicta simonia cuius potest, si dos necessaria pau- perimo monasterio detur, habentes pro certo, quod si ex pacto aliquid accipiant vltra id, quod necessariũ su- stentationi monialis iudicio cordatorum cõsuetur, esse simoniacum: Nam ex pacto nihil aliud possunt accipere, præter illud, quod falendum moniali sit necessariũ, id quod monasterium præ inopia non potest tribuere. Si ergo aliquid vltra acceperint vel si dotem exegerint, quãdo monasterium possit eam alere, illicite recipiunt. Hæc ille. Communitur in Hispania quando in cõuentibus monasteriorum monialium ¶ proponitur vel agitur de recipiendis aliquibus nouitiis, sit conuentio de dotib, eisde præstandis, nec ita exacte obseruatur, quæ dicit Nau. vbi *sup.* sed præfecta cætera quæ antiquæ monia- les præ oculis exponunt cõuentibus ingentes necessi- tates instantes, quod nouitias recipiant, amplioresq; do- tes expolunt & consanguinei recipiendarum minores offerunt, ex causis, quas significant eidem, sicq; in certis quibusdam dotibus conueniuntur: Quam con- suetudinem & validam esse existimo, & nullam ob id committi simoniam, tum ex supradictis, tum etiã, quia communiter monasteria monialium, quamuis magnos redditus annuos habeant, egent maioribus sumptibus pro monialium sustentatione atq; pro reparatione do- morum, Ecclesiarũ & fabrica & ornamentis, aliisque communibus necessitatib, ordinariis: & præterea quia redditus, vt plurimũ, & crescere & decrescere possunt, habentque moniales suos economos aliosque officia- les, quib, annua salaria solunt: pletaq; etiam monaste- ria egena sunt, pauca vero ditiora: Recte igitur poterit à communiter accidere, dos congrua pensatis pensan- dis, pro moniali recipienda exigat quod solui. Quod si in aliquibus monasteriis ¶ adeo opulenti redditus sint, vt superfluant omnibus necessitatibus prædictis & similib, numerusque monialium non sit impletus, tunc illicitum profecto esset, dotem à recipiendis exi- gere, cum ipsa pro illis sustentandis non sit necessaria monasterio, quia habet alias satis commode vnde suas moniales alat: hoc autem cessante, prout plurimũ cel- sat, licitum ¶ est moniales dotatas recipere, dummodo ante professionem, excepto victu & vestitu nouitiæ vel nouitij illius temporis, quo in probatione est, quocumque prætextu à parentibus vel propinquis aliquid ex bonis eiusdem tribuatur, vt iusta ratione hoc præ- cipit sanctum Concil. Trid. *sess. 25. c. 16. vers. sed neque, sub anathematis pena danibus & recipiendibus:* contra- rio igitur sensu post professionem licet ¶ aliquid da-

re. Prodigæ autem expensæ & profani apparatus fieri soliti, dum ex pacto tacito vel expresse, dum vel ingrediuntur monasterium, vel professionem emittunt, non erunt liciti, vt exclamat Nauar. vbi *supra.*

Cum igitur hæc ita se habeant & dos possit dari atque exigi pro alimentis monialis, sicut pro matri- monio carnali, consequitur, vt relictum causa dotis in- telligi possit per interpretationem, non solum pro matrimonio carnali, sed etiam pro spirituali, atque ideo nil mirum, si per ingressum religionis deficiat substitutio in casu *dicti §. sed & hoc præfatis:* at veto in specie nostræ quæstionis, salua ratione recti sermonis, non potest verificari dispositio in monasterio, quia ipsum non est filius procreatus ex proprio corpore in- stituti siue grauati, sed tantum fictus & improprius per iuris interpretationem: Ergo diuerso iure censeri debet casus nostræ quæstionis. Ad quantum respondeo, vt ad secundum *supra* respondimus.

Vltimo non obest, si obicitur, articulum hunc at- que quæstionem principalem in hoc capite examina- tam difficilem atque dubiam esse; Quandoquidem pro vtraque parte sunt fundamenta ac rationes satis vrgen- tes, & præterea duæ communes sententiæ contrariæ, vt *sup.* est visum: Ergo vbi sunt opinioniones, fauendum est illi, quæ est pro religione, *l. sunt persona, ff. de religiof. & sumpt. fune.* & in dubio pro causa pia, & sic fauora- bili, arguõ. *c. fin. cum similibus, de ¶ sententia & re iudic.* 70 cuius text. dispositio etiã loquatur in matrimonio, li- bertate, dote seu testamento, locum etiam habet in quacunque alia causa fauorabili (prout est monasterij siue Ecclesiarũ) vt constat ex eodem text. ibi; *Nisi in cau- sa fauorabili, vbi ponitur regula;* Cætera namque sub- sequentia gratia exempli ponuntur, puta, matrimonio, libertate, dote, testamento. Exemplum autem non solent arctare regulam, vt in *leg. damni infecti stipulatio, §. Sabi- nus, ff. de dam. infect. cum similib.* Et præterea tenet Alex. in *l. duo iudices, n. 9. ff. de re iudic.* nam ¶ respondeo, quod sic personis fauorabilibus debitores sumus in iustitia, quod aliis iniustitiam facere non debeamus, vt inquit Summus Pontif. in *c. ex tenore, de foro comper. & in c. nu- per, in versic. quod autem, de donat. inter vir. & vxor.* Li- cet ergo monasterio in dubio fauendum sit, quia pia causa, attamen in proposito fauor hic locum non ha- bet, cum alias fieret iniuria substituto, qui habet pro voluntatem testatoris apertam in præfenti specie, qua- re potius pro ipso iudicandum esse existimo: Si enim hoc fiat scrupulo, iure carebit iudex vel consultor, quia probabilior ac magis communis sententia id habet: si vero pro monasterio quis causam deciderit, profecto animus non ita securus erit, eo, quod voluisti testato- ris satis clara & aperta colligatur ex prædictis verbis præferendi substitutum monasterio; Quandoquidem in ipso verificari, salua ratione recti sermonis, minime possint. In hac igitur re difficili certius, rectius & secu- rius est iudicare pro substituto: Idque præmaxime erit verum, vt prædixi, si ipse substitutus esse descendenti- bus testatoris sit, vel causa pia posteriori loco sit sub- stituta: quamuis adhuc his cessantibus idem verius existimarem atque existimo, tenco & iudico.

Illud tandem ¶ prænotare libuit, ex solo sacerdotio non intelligi satisfactum dispositioni text. in *d. §. sed & hoc præfatis*, est communis secundum Alciatum *conf. 90. num. 11. d. 9. & Boet. decis. 354. num. 11.* & eos referens Mant. vbi *sup. n. 22.* vbi hoc limitat, si clericus bona sua dedisset capellæ, cuius factus sit Sacerdos, vel si omnia bona sua vel saltem hæreditatem sibi relictam expendat in pias causas, dicens, hunc intellegi cum con- gruere verbis illius text. secundum Felin. in *d. c. præsen- tia, n. 58.* vbi Decius *n. 58. in fi.* dicit magis communem, ibique refert alios; præcipue Carol. Ruin. *conf. 153.*